Bannio.
14. Aug. 1641.
ostela.

Ampl^me Banni;

Si vales, male est, quod promissa non imples aut Mersenno saltem ~~quid~~ pacando quid me dicere potius aut facere oporteat indicare cessas. De monochordo enim, cuius ad me spes attinet, possum aeque ac tu edere, qui cum sponte id pollicitus sis, par est ab invito ne extorqueam. Musicum compendium qualecumque mihi ob missionem, pro me Mersenno debes, et propter te utrique. Vide qua fiducia nemini de tribus satisfacias, quo colore. Mea enim pridem tibi facundia defecit. Plane, ut dono libros ex ipsa Gallia commodato missos puta esse meminisse te quoque doni tui. Agnosces certius in auctore pari eruditioni modestiam, utramque ~~sane~~ non vulgarem. De sententiis quas tuetur passim a vulgo remotas, tuam aliquando videre gestio. Vale. In castris ad Gennepum. Postrid. Id. Sext. CIƆIƆCXLI.

Ditissimus promissis
Banni
C. Hugenius.

© Koninklijke Bibliotheek
KA 44, nr. 311
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2817